

utili Ecclesiae operi navandæ. Cum enim illis temporis angustiis difficile sit iudicium illius, qui zelo, charitate, atque amore martyrii ceteris omnibus præfet; melius Deus in omnibus ambagibus illis quam homines, judicat. Res quidem, addit Augustinus fiet minus usitata, si fiat a fortia sortio, sed si facta fuerit, quis eam reprehendere audebit?

Aug. in Psal. t
30. *Enarrat.* f
30. B. 13. p. 160. a

*Scitum est enim illud S. Hieronymi (m):
Cùm privilegia singulorum non possint legem
facere communem.*

Solemne erat apud Christianos quosdam
in Africa, ut in rebus etiam communibus
Librum Evangeliorum per sortes consul-
rent, sinistrum vel prosperum inde omen
capturi, prout casu sese legenda offere-
bat sententia, qua favor aliquis vel secus
sponderetur. S. Augustinus Ep. 55. nov.
edit. num. 37. superstitionem hanc suffra-
gio approbandam suo nunquam censuit,
quanquam minus criminosam judicaret
altera, Magos nempe & Daemones consulen-
di. De hac pariter ratione consulendi sa-
eros Libros sermo est apud S. Gregorium
Turonensem Hisp. lib. 5., feruntque id pa-
riter in moribus positum habuisse S. Fran-
ciscum Assisiensem, ut in rebus agendis
consilium ex aperto casu Libro Scripturæ
quereret (*n*). Obtinebat pariter, ut post
electionem novi alicujus Episcopi, ex aper-
to Libro Evangeliorum omen futuræ illius
administrationis caperetur.

*Vita S. Fran-
cis. c. 13.*

Id pariter in electionibus servatum, exemplo S. Aniani Episcopi Aurelianensis docemur. Cum decessor illius vir sanctissimus intelligeret, populum pro electione successoris in diversa abire studia, quæ sivit ab illis, num vellent ad judicium Dei omnia deferre, cuius voluntate statim eligendum Anianum noscerent. Indictum illicet trium dierum jejunium; quo absoluto, coactoque populo, schedæ super Aram impositæ sunt; statimque accitus loqui adhuc nescius præ arate infantulus, vix manum ad apprehendendam ex Altari schedam extenderat, cum subito soluto lingua vin-

ulo Anianum Episcopum clarâ voce prouincavit : quibus dictis, iterum ad pristinam rediit imbecillitatem. Quòd verò nullus esset ambigendi locus, aperto Psalterio occurrit sententia illa : *Beatus quem electi*; tum ex libro Epistolârûm subjectum oculis illud : *Nemo potest fundamentum aliud ponere ; tum ex Libro Evangeliorum : Et super hanc petram fundabo Ecclesiam.* Ita

communi assensu renunciatus in Aurelianensem Episcopum Anianus. Sed pietati datum est, quod negatur consuetudini; nunquam enim communi lege talia admissa unquam scimus; que pariter sapientissimi Ecclesiae Pastores improbanda censuerunt, atque cultioribus facultatibus abrogata sunt.

Profecto in electionibus magis quam in
æteris aliis omnibus reprobanda fuerant,
quod scilicet de re maximi momenti age-
retur; Deus enim nunquam adfuturum se
promisit electioni, quæ per sortes fieret, ut
proinde ea eligendi ratio, nunquam servare-
tur citra tentationem ipsius Dei, atque dis-
criberetur erroris, in quem electores ultrò im-
pingere voluissent. Si forte in singularibus
quibusdam eventibus id accidisset, ut suffra-
gia electorum & meritum inter duos aliquos
ambigerent, nec alia coeundi inter partes
suppetaret ratio, tutò quidem tunc ad Apo-
stolorum exemplum confugeretur, sortibus
admissis; priùs tamen Dei manus imploranda
sejuniis & precibus, quorum merito pur-
garetur quidquid illegitimum pravumque
in ea eligendi ratione subreperet. Illud
insuper à Deo precibus imperrandum es-
set, ut apertam adeò voluntatis suæ daret
significationem, quod lites omnes & pax in-
ter electores componeretur. Hæc veterum
recentiorumque Interpretum in hunc Scrip-
turæ locum doctrina (o).

Quod igitur Dissertationi huic nostræ modum imponamus, statuendum est, nullum electionis Summorum Sacerdotum apud Hebræos exemplum proposuisse sibi Apostolos in electione S. Matthiæ, quippe quorum electio aliter quam per sortes agebatur. Favere tamen poterant eorum consilio sortes, quarum judicio munera inter Sacerdotes in Templo distribuebantur. Cum autem nullo adhuc fucorum effulcente di-

Vide Bedam
, D. Thom.
Hebr.8. Se-
on.2. Fro-
nd. At La-
de hic, Na-
l. Alexand.
n.1. Histor.
cles. Dis-
stat.6. facu-
l.

a 2. Cor. 1
b Act. 21
c 22. 3.
d Tit. 1

2. Oct. 17

e An. J. C. 3

**IN EPISTOLAM
S. PAULI AD ROMANOS
PROLEGOMENON.**

Post Sacrosancta Evangelia venerabile maximè ; ac cæterorum omnium pretiosissimum monumentum S. Pauli Epistolaæ habendæ sunt. Totum in illis continentur, quod formandis moribus, sive ad mysteria & Religionem constituant à Jesu Christo traditum est. Tanquam supplementum aliquod & interpretatione eorum, quæ Jesus Christus docuerat, ac veluti secundum aliquod Evangelium Jesu Christi è mortuis jam reviviscentis, jure meritoque reputarentur. Etenim nihil aliud docuit Apostolus quam quæ à Jesu Christo in gloria sua jam constituto (*) didicerat, quo tempore scilicet ad tertium usque Cælum raptus, audipit arcana verba, que non dicet homini lo-

2.2. qui (a).
• 39. S. Paulus Tharsi in Cilicia natus (b)
ex patre Iudaio item ac Romano civi literis
Græcis excultus erat, quippe qui Epime-
nidem (c) laudet, & Aratum (d). Pote-
rat autem Tharsi literis vacasse, in qua
scilicet Urbe humaniora studia florebant
adèò, ut Athenas literarum gloriâ supera-
ret, teste Strabone lib.14. Sacris literis
addiscendis Jerosolymam missus est, Le-
gis studio sub Gamalièle Doctore claris-
fimo operam daturus. Tanto autem Legum
avitarum amore tenebatur, ut acerrimum
in primis persecutorem se præberet ad-
versus Jesu Christi Discipulos, quid Chri-
stum perinde reputaret ac Moysis æmulum,
& Legum ipsius subversorem. Vestimenta
servabat eorum, qui lapidibus S. Stephanum
confecerunt (e); & post primi illius
Martyris obitum, Summi Sacerdotis literis
ad Synagogas Damasci datis, facultatem
sibi impetravit capiendi detinendique
quemcumque in via Christi Discipulum
offendisset. Cum igitur cedes & sanguinem
meditans ad eam Urbem sese con-
ferret, subità quadam vi in terram ada-
ctus, increpantem se vocem audivit: Sau-
le, Saule, quid me persequeris? Tum cæcita-
te percussus, Damascum manu deductus est.
Ibi Ananiam Discipulum conveniens, & vi-
sum ab illo, & Baptismi lotionem, ac
tandem manuum impositionem recepit.

Spi. h An. J. C. 44.

11

Mr.
Cy-

in JG 11

am. - Trans. J. C. 45.

An-

ori- k An. J.C. 46.

Зап-

N

168 In Epistolam S. Pauli ad Romanos!

atque ita Asiae minoris iter Paulus & Silas; Cyperi autem Barnabas & Joannes Marcus ingressi sunt.

An. J. C. 52. Per Phrygiam & Galatiam Paulus excursens Evangelium annunciat; petens inde Macedoniam (l), civibus Philipporum, Thessalonicae, & Bereoë pradicavit Evangelium; tum Athenas teneat conferens, Dionysium Areopagitam ad Christianorum sacra traduxit. Exente anno Corinthum veniens, mensibus subspicit. Data ibi Epistola prima ad Thessalonenses; quam paulo post secundam ad eosdem ex eo loco confecuta est (m). Corintho secedens Ephesum prius, postea Jerosolymam, tandem Antiochiam petuit. Excusum inde per Galatiam, & Phrygiam, tum Ephesum ventum est (n), ubi triennalis mora producta. Multa ibi Apostolo tolerata mala, ut & bestiis exceptum se ipse profiteatur. Ex ea Urbe data Epistola ad Galatas (o); quos perniciose Doctorum quorundam dogmata, iubentum jugum legalium ceremoniarum fidibus inducere, turbaverant. Ad alterum annum spectat prior ad Corinthios Epistola (p). Tandem Epheso movens Apostolus (q), Troadem profectus, inde in Macedoniae currit, ubi secundam dedit ad Corinthios Epistola (r). Reperit tandem Corinthum, trienalem ibi moram acturus, quo temporis intervallo scripta est ea, de qua modò, ad Romanos Epistola (s).

Revulis Corintho Sedibus, Jerosolymam non restâ viâ, metu ne in manus Iudeorum incideret, profectus, transcurrit Philippos in Macedonia, Troadem, & Miletum. Venit tandem Jerosolymam, refignatique in manibus Apostolorum, quas deferendas accepérat, eleemosynis, post septem ab advento suo diebus cùm versaretur in Templo, magno concitato à Judæis tumultu apprehensis est. Nec eâ in seditione mortem evitasset, nisi promptè occurrens Lysias Romanorum Praefectus, ex adverſariorū manibus eductum. Caesarē misisset, à Felice Judæo Praefide judecandum. Manit apud eundem Praefidem biennio in custodia (t); cùm datus Felici successor Festus, tradere virum in manus Iudeorum molitus est. Quare id intelligens Apostolus, Imperator appellavit; ad cuius judicium subeundum Romanam navigationem initit. Infelici naufragio perire navis illa ad Miletum; sed litus tenens Apostolus, in ea Insula quatuor mensibus subfuit, nec ante Romam, quām exēuntur Februario mente pervenit (u). Biennio ibi in vinculis detentus est, nunquam non auscultandis iis à quibus frequentabatur, atque Evangelio illis annunciendo occupatus. Adhuc in conductâ à se domo sub vinculis detinebatur, cum Onesimus Philemonis servum se convenientem ad fidem traduxit, & Epistola ad Philemonem pro illo & per illum commendatissimam misit (x).

x Cirea An. J. C. 62. Epistola ad Philemonem. *y An. 62. vel 63. l. C.* Epistola ad Philippenses, & Colossenses. Sub idem tempus literis à Fidelibus Laodicee, & Eaphrodito Episcopo Philipporum à Philippenses in obsequium missio recreatus est. Scriptis tunc ad Philippenses & Colossenses Epistolas (y). Anno tandem Iesu Christi 63, à vinculis resolutus est; nec

dū post ad Hebreos Epistolam dedit (z). È revocandum est ite eius in Hispaniam; si tamen quæ de protectione illius in eam regionem feruntur, cum veritate consistat.

Orientem denique repetens, in Creta Fidem annunciat; in Iudeam excurrit, tum in Asiam, quemadmodum in suis Roma datis Epistolis significaverat. Plura pro fide illi subeunda in eo itinere fuerunt. In Macedonia versans, scriptis ad Timotheum Discipulum suum Ephesi à se constitutum Episcopum (a). Post hyemem Nicopoli toleratam, iunâ cum Tito postremā tandem vice Asiam (b), Ephesum, Miletum invicit. Secundum hanc Romanā se conferens, circa Iulii mensem in carcere conjectus est, accusatus, quod pincernam & concubinam Neronis ad Christi Fidem, ut communis fert opinio, traduxisset. Post primam interrogationem ad Principis tribunal, scriptis secundam ad Timotheum (c), tum & ad Ephesios singularem. Altero vertente anno, mense Junio martyrum Romae consummavit (d). Epistola ad Romanos ordine prior inter ceteras, quamquam non onnes tempore præcessit, constituta est. Datum id Romanæ Ecclesiæ dignitati, sive Romanorum Fidelium merito, vel forte mysteriorum, quæ in ea Epistola reserantur, majestati, sive tandem ipsius Epistole excellentia. Omnes enim sublimitate, adeoque & obscuritate videntur, ut S. Augustinus (e), simplex adhuc Sacerdos, in unius tituli expositione Librum integrum impenderit; quare tardio, & morositate Operis vietus inceptum deseruit. S. Hieronymus eisdem epistola obscuritate perculsus, illi exponenda non Libro tantum sed voluminous laborari oportere dixit (f). Operis difficultatem novit pariter Apostolus Petrus, cùm de hac potissimum Epistola scriperit, 2. Petr. 15. Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datum sibi Sapientiam scripta nobis. Sicut & in omnibus Epistolis loquens eis de his, quæ inobstati, & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas ad ipsorum perditionem.

Consilium autem scribendi Apollito fuerunt domesticae quædam in Ecclesia Romanae diffensiones (g) ex eo induitæ, quod jugum Legalis observantiae Gentilibus ad Fidem conversis induci oportere Pseudo-Apostoli predicatorum. Res primum ad disputationes venit, deinde ad iurigia, & feditionem inter Fideles ex Judæis, & ex Gentibus, unde periculum non leve confessionis utrinque imminebat. Judæi partes suas defendebant, ac privilegium natalium suorum, & promissionum, quæ Patribus suis divinitus facta sunt, præferentes, primas in Ecclesia arrogabant; volebant in ceteris dominari, & quasi exesse hæredes promissionum, & fidei Patriarcharum, ut alienigenas habebant, & non nisi beneficio quodam in suum cœtum addeños. Fideles ex Gentibus. Invidiam pariter in paganos creabant, revocatis in memoriam miseræ Gentilitatis erroribus, criminibus, abominationibus, quibus justa Dei permissione tot annorum sculis inhæserant. Se

z An. J. C. 63. Epistola ad Hebreos.

a Epistola 1. ad Thimotheum An. J. C. 64.

b An. J. C. 65.

c Secunda ad Timotheum A. J. C. 65.

d Epistola ad Ephesios A. J. C. 66.

e August. Retract. 1. 1. c. 25.

f Epist. 15. 1. 8. Si volueris distare, ne quaque mihi unus Liber, sed multa & magna erunt scribenda voluntaria.

g Vide Rom. 16. 16. 17. 18.

ve.

Prolegomenon.

169

verò dicebant Hebreos esse, genus jam inde ab ætate Abrahæ electum in sanctam charamque Deo sobolem, sacrarum Scripturarum, atque Propheticarum depositarios, ac veluti oculorum Dei pupillam.

Intolerabilis hoc Judæorum fastu offendit Gentiles, & meritum suorum Philosophorum, & Legitorum sapientiam effrebant; commemorantes insuper quantâ moralum puritatem, & sanctitudinem suorum quidam vitam egerint, ut ne late quidem unguæ à Legi naturali tramite devarent. Accubabant insuper Judæos adversus Deum infidelitatis, adversus Legem transgressiones, ac tandem adversus insignia Dei beneficia oblivivionis; quorum criminum merito extores a promissionib; & hereditate eorum plerique facti fuissent. Ad se vero quod attineret, appellatos dicebant, ut in locum exclusæ Judæi gentis venirent; quippe qui minoris criminis rei ante Deum tenerentur.

Hicce igitur dissensionibus componendis, atque in ordinem redigenda audacia Judæorum pariter, & Gentilium, utriusque Gentis criminis, & errores exaggerat Apostolus, demonstrans, nemini præ alio gloriam dñe, quasi meritum suorum premium aliquod recipere meruerint. Quid à Deo accepérant vocationis privilegium, merum sūisse Dei largientis beneficium; neque enim sive ad iustitiam, sive ad gratiam Fidei promerendam aliquid valuerit sive Lex Moysis sola, & multò etiam minus naturalis Legis observantia. Sola ad justificationem momentum est Fides in Jesum Christum, quam charitas animat, ornat proborum operum meritum; quæ tamen opera, nisi à fide procedant, nihil agentibus profund. Plures occupat per transitum objections, quas ipse sibi constitutis semel principiis proponit; uti e.g. cùm operum Legalium fine Fidei inutilitatem, cùm revocationem & gratuitam Iudeorum & Gentium prædestinationem statut; cùm promissionem Divinarum fidem & veritatem; cùm Judæorum supra Gentiles præstantiam adstrinxat; ex quo sensu deducitur ad verba de mysterio Prædestinationis & reprobationis facienda; & quamquam parergon illud ad potissimum Epistolæ argumentum videtur, portionem tamen non minimam ejusdem scripti occupat, atque potissimum involvit ipsius Epistolæ difficultates.

In Capp. 12. & 13. & 14. & 15. aptissimas prescribit formandas moribus regulas, quæ in re nihil ab intentu Operis, compendi di nempè domesticas lites, recedit. Observantia legalis, & ciborum discernendo un inutilitatem fusius demonstrans, hortatur Gentiles, ut imbecillitati Fidelium hac in re consulturi neque id committant, ut coram Judæis nullum habentes ciborum delectum offensionis illis præbeant occasionem; neve eorum hac in re religionem superstitionis, & imbecillitatis accusent; sed illud in primis studeant, ut nihil potius, quam pacem, & unionem inter fratres, & Discipulos Dei illius, qui se Deum pacis appellat, nihil, inquam, potius Differt. Calmet Tom. II.

m r. Cor. 11. 6. n August. 1. 1. o Idem 1. 4. c. 14. p. Prolog. in Epist. Pauli. q. de Dodi. Christ. r. Martyris memoria celebrabatur, auscul-

h Juvenal. Satyr. 6. Omnia Gracè Cūm sit turpe magis nostris nescire Latinum. i Act. 21. 40. & 22. 2. & 26. 14.

k Sixt. Senen. l. 2. Bibliot. ex Diodor. Thars.